

quia quicquid p̄ dño sc̄a gerit, eccl̄ia: sanctuarium redoleo
 suauitatem orationum. Ortus conclusus soror mea spon-
 sa. ortus conclusus. fons signatus. Ortus conclusus eccl̄a
 ē. malpharjam spiritalium opum gemma gignens. fons
 doctrina salutaris redundans. conclusus dñi p̄tectione mun-
 ta p̄sistens. ⁊ signatus sermone fidei. Emissiones tunc pa-
 radisi maloz punioz. cum pomoz fructibz. Irrigationē
 sacri baptismatis sancta eccl̄ia paradysum ex se mirat. Sic
 maloz punioz. i. sc̄oz martyrum. cum pomoz fructibz.
 i. cum sanctoz uirtutum fructu. Cyprus cum nardo. nardus
 cum croco. Cyprus arbor aromatica: significat celestis gr̄e
 benedictionem. Nardus. cyprum om̄ice passionis: crocus
 feruorem exp̄mit caritatis. Coniungitur cyprus nardo:
 cum nos diuina gr̄a confortat pati p̄ xp̄o. Sic nardus croco
 adiungitur: cum p̄ caritate xp̄i. mortem libent̄ sustinet.
 fistula. ⁊ cynamomū. ⁊ fistulam ⁊ cassiam. que arbores sunt
 aromaticae. n̄ in congrue significant. sp̄u humiles. ⁊ man-
 di corde. Jam p̄ cynamomū significant: qui semet ipsos despi-
 ciunt. Que ipsa arbor ē. breuis. ⁊ odorifera ⁊ dulcis. Quia
 humilitas magnam h̄t laudem. ⁊ dulcedinē apud dñm.
 Sicut unguis lignis libani. Sicut in fistula ⁊ cynamomo
 humiles sanctorum cogitationes intelliguntur. sic in lignis liba-
 ni eoz sublimes actiones figurantur. Myrra ⁊ aloē arbores
 sunt p̄ quas carnis continentia recte designantur. Cū om̄ibz
 primis unguentis. i. unguentum karismatibus excellentibus.
 Et pulchra ē. harum arborum coniunctio cum unguentis: quia